Fragmentarium



[illegible]em domitiani · pmittente pio principe nerua rediret
ephesum · conpulsus ē ab omnibus poene tunc asiae episcopis ·
et multarum aecclarum legationibus · de coaeterna patri
diuinitate xpi altius facere sermonem · eo quod in trium
euangelistarū scriptis · mathei uidelicet · marci · et lucae de hu
manitate · ac de his qui p hominē gessit · sufficiens sibi uide
rentur habere testimoniū · Quod ille se non aliter factu
rum respondit · nisi in dicto ieiunio omnes in commune
dm̄ precarentur · ut ille digna scribere posset · Et hoc pa
trato · instructus reuelatione · ac sci sps gratia debriatus · om̄s
hereticorum tenebras · patefacta subito ueritatis luce dispu
lit · In principio erat inquiens uerbum · et uerbū erat apud
dm̄ · et ds erat uerbum · Similemq; initiis totum sui ser
monis cursum faciens dnm̄ nrm̄ ihm̄ xpm̄ · sicut uerum
hominem uere ex homine temporaliter factum · ita etiam
uerum dm̄ uere ex dō patre aeternaliter natum · uere cū
patre et cum spū scō semper existentem clarissima asserti
one pdocuit · Immo omnia diuinae ueritatis · et uerae
diuinitatis · quantum alteri mortalium nulli licuit arca
na reserauit · Et hoc uirgini priuilegium recte seruaba
tur ut ad scrutanda uerbi incorruptibilis sacramenta ·
incorrupto ipse non solum corde · sed et corpore pderet ·
De cuius dictorum ueritate · quam sit nemini ambigendū ·

License: cc-by-nc – St. Gallen, Stiftsarchiv (Abtei Pfäfers), Cod. Fab. XIII, Rear paste-down – Homiliarium Pauli Diaconi (https://fragmentarium.ms/view/page/F-7nc4/1767/21415)